


Feria III infra Hebdom. V post Pentecosten.

Ad Matutinum.

D Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. **℞.** Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.




Invitatorium.

Cantor; Psalmus 94; H449


E
R Egem magnum Dóminum, † vení-te, ad-o-ré-mus. A. Regem. **℣.** Ve- ní-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus



De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e-i. A. Regem. **℣.**




Quó- ni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni-am non repéllit Dóminus plebem su-am,




qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. † Vení-te. **℣.** Quó- ni-am ipsí-us




est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um,




plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius,




et o-ves pásqu-æ e-ius. A. Regem. **℣.** Hó- di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in







exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt



ópe-ra me-a. † Vení-te. ✠. Quadra-gín-ta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde.



Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in réqui-em me-am.» A.



Regem. ✠. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper,



et in sá-cu-la sá-cu-ló-rum. Amen. † Vení-te. ✠. Regem magnum Dó-minum, † vení-te, ad-o-ré-mus.


Hymnus.

I

A



D pre-ces nostras de-i-tá-tis aures, De-us, inclí-na pi-e-tá-te so-la; súppli-cum vo-ta súsci-pe, pre-cámur fámu-li



tu-i. Réspi-ce clemens só-li-o de sancto vultu se-ré-no, lámpadas illústra ó-le-i nostri, ténebras depél-le pécto-re cunctas.



Crímina la-xa pi-e-tá-te multa, áblu-e sordes, víncu-la disrúmpe, parce peccá-tis, ré-le-va ia-céntes déxte-ra tu-a. Gló-ri-a



De-o sit æ-térno Patri, sit ti-bi semper, Geni-tó-ris Na-te, cum quo per cuncta Spí-ri-tus æquá-lis sácu-la regnat. A-men.

Psalmus 1.

Ps. 34, 1; H93

IV a

E

Xpúgna * impugnántes me.

Ps. 34, 1-10

Iúdi-ca, Dómi-ne, nocéntes me, * expúgna impugnántes me.

Apprehénde *arma et scutum*: * et exsúrge in adiutórium **mihi**.

Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos, qui *persequúntur* me: * dic ánimæ meæ: Salus tua **ego sum**.

Confundántur et *revereántur*, * quæréntes ánimam **meam**.

Avertántur retrórsum, et *confundántur* * cogitántes mihi **mala**.

Fiant tamquam pulvis ante *fáciem venti*: * et Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum *ténebræ et lúbricum*: * et Angelus Dómini pérsequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum *láquei sui*: * supervácue exprobravérunt ánimam **meam**.

Véniat illi *láqueus*, quem *ignórat*: † et cáptio, quam abscondit, *apprehéndat eum*: * et in láqueum cadat in **ipsum**.

Anima autem mea *exsultábit in Dómino*: * et delectábitur super salutári **suo**.

Omnia ossa *mea dicent*: * Dómine, quis símilis **tibi**?

Erípiens ínopem de manu fortiórum eius: * egénium et páuperem a diripiéntibus eum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et *nunc et semper*, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Psalmus 2.

Ps. 34, 17


I g

R



Esti-tu-e * animam me-am a ma-le-factis e-ó-rum, Dómi-ne.

Ps. 34, 11-17



Surgentes testes in-i- - qui, * quæ ignorabam interrogabant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis: * sterilitatem *animæ* meæ.

Ego autem cum mihi molésti essent, * induébar *cilicio*.

Humiliábam in ieiúnio *ánimam meam*: * et oratio mea in sinu meo *convertétur*.

Quasi próximum, et quasi fratrem nostrum, sic *complacébam*: * quasi lugens et contristátus, sic *humiliábar*.

Et advérsus me lætáti sunt, et *convenérunt*: * congregáta sunt super me flagélla, et *ignorávi*.

Dissipáti sunt, nec compúncti, † tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne: * frenduérunt super me *déntibus suis*.


Dómine, quando respícies? † restítue *ánimam meam* a malignitáte eórum, * a leónibus *únicam meam*.

Glória Patri et Fílio, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et *nunc* et *semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


II D

E



Xsúrge, Dómi-ne, * et inténde iu-dí-ci-o me-o.

Ps. 34, 18-28



Confi-tébor ti-bi in ecclé-si-a ma- - gna, * in pópu-lo gra-vi *laudábo* te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iníque: * qui odérunt me gratis et ánnuunt *óculis*.

Quóniam mihi quidem pacífice loquebántur: * et in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: * dixérunt: Euge, euge, vidérunt *óculi nostri*.

Vidísti, Dómine, ne síleas: * Dómine, ne discédas a me.

Exsúrge et inténde iudício meo: * Deus meus, et Dóminus meus in causam meam.

Iúdica me secúndum iustítiam tuam, Dómine, Deus meus, * et non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: † Euge, euge, ánimæ nostræ: * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubéscant et revereántur simul, * qui gratulántur malis meis.


Induántur confusióne et reveréntia * qui magna loquúntur super me.

Exsúltent et læténtur qui volunt iustítiam meam: * et dicant semper: Magnificétur Dóminus qui volunt pacem servi eius.


Et lingua mea meditábitur iustítiam tuam, * tota die laudem tuam.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen. *A.*

VI F

 Evé-la * Dómi-no vi-am tu-am.

Ps. 36, 1-15



No-li æmu-lá-ri in ma-lignántibus: * neque ze-lá-ve-ris fa-ci-éntes in-iqui-tá- - tem.

Quóniam tamquam fænum velóciter aréscent: * et quemádmódum ólera herbárum cito décident.

Spera in Dómino, et fac bonitátem: * et inhábita terram, et pascéris in divítiis eius.

Delectáre in Dómino: * et dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, et spera in eo: * et ipse fáciét.

Et edúcet quasi lumen iustítiam tuam: † et iudícium tuum tamquam merídiem: * súbditus esto Dómino, et ora eum.

Noli æmulári in eo, qui prosperátur in via sua: * in hómine faciénte iniustítias.

Désine ab ira, et derelínque furórem: * noli æmulári ut malignéris.

Quóniam qui malignántur, exterminabúntur: * sustinéntes autem Dóminum, ipsi hereditábunt terram.

Et adhuc pusíllum, et non erit peccátor: * et quæres locum eius et non invénies.

Mansuéti autem hereditábunt terram: * et delectabúntur in multítudine pacis.

Observábit peccátor iustum: * et stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum: * quóniam próspicit quod véniet dies eius.

Gládium evaginavérunt peccatóres: * intendérunt arcum suum,

Ut deíciant páuperem et ínopem: * ut trucident rectos corde.

IV A*

B

Ráchi-a pecca-tó-rum * con-te-réntur: confirmat autem iustos Dóminus.

Ps. 36, 16-29

Mé-li-us est módi-cum ius- - to, * super di-ví-ti-as pecca-tó-rum mul- - tas.

Quóniam bráccia peccatórum *conteréntur*: * confirmat autem iustos Dóminus.Novit Dóminus dies immaculatórum: * et heréditas eórum in *ætérnum* erit.Non confundéntur in témpore malo, † et in diébus famis saturabúntur: * quia peccatóres *períbunt*.Inimíci vero Dómini mox ut honorificáti fúerint et *exaltáti*: * deficientes, quemádmódu *fumus deficient*.

Mutuábitur peccátor, et non solvet: * iustus autem miserétur et tríbuet.


Quia benedicétes ei hereditábunt *terram*: * maledicétes autem ei *disperíbunt*.Apud Dóminum gressus hóminis *dirigéntur*: * et *viam eius* volet.Cum ceciderit non *collidétur*: * quia Dóminus *suppónit manum suam*.Iúnior fui, étenim *sénui*: † et non vidi iustum *derelíctum*, * nec semen eius *quéreus panem*.Tota die miserétur et *cómmodat*: * et semen illíus in *benedictióne* erit.Declína a malo, et *fac bonum*: * et inhábita in *sæculum sæculi*.Quia Dóminus amat iudícium, et non derelínquet *sanctos suos*: * in *ætérnum conservabúntur*.Iniústi *puniéntur*: * et semen impiórum *períbit*.Iusti autem hereditábunt *terram*: * et inhabitábunt in *sæculum sæculi super eam*.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et *nunc et semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


VIII G

C



Ustódi * inno-cénti-am, et vi-de æqui-tá-tem.

Ps. 36, 30-40



Os iusti me-di-tá-bi-tur sa-pi-énti-am, * et lingua e-ius loqué-tur iudí-ci-um.

Lex Dei eius in corde ipsíus, * et non supplantabúntur *gressus* eius.

Consíderat peccátor **iustum**: * et quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus eius: * nec damnábit eum, cum iudicábitur illi.

Exspécta Dóminum, et custódi viam eius: † et exaltábit te ut hereditáte cápias **terram**: * cum perierint peccatóres **vidébis**.

Vidi ímpium superexaltátum, * et elevátum sicut *cedros Líbani*.

Et transívi, et ecce non erat: * et quæsívi eum, et non est invéntus *locus* eius.

Custódi innocéntiam, et vide æquitátem: * quóniam sunt reliquiæ hómini *pacífico*.

Iniústi autem disperíbunt **simul**: * reliquiæ impiórum *interíbunt*.

Salus autem iustórum a **Dómino**: * et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.


Et adiuvábit eos Dóminus et liberábit eos: † et éruet eos a peccatóribus, et salvábit eos: * quia speravérunt in eo.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


VIII c

N



E in i-ra tu-a * árgu-as me, Dómi-ne.

Ps. 37, 2-11



Dómi-ne ne in fu-ró-re tu-o árgu-as me, * neque in i-ra tu-a corrí-pi-as me.

Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt **mihi**: * et confirmásti super me *manum tuam*.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ **tuæ**: * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum *meórum*.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput **meum**: * et sicut onus grave *gravátæ sunt* super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatríces **meæ**, * a fácie insipiéntiæ *meæ*.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in **finem**: * tota die contristátus *ingrediébar*.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióibus: * et non est sánitas in *carne mea*.

Afflíctus sum, et humiliátus sum **nimis**: * rugiébam a gémitu *cordis mei*.

Dómine, ante te omne desidérium **meum**: * et gémitus meus a te non *est absconditus*.


Cor meum conturbátum est, † derelíquit me virtus **mea**: * et lumen oculórum meórum, et ipsum *non est mecum*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spiritui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


II D

I



Ntén-de * in adiu-tó-ri-um me-um, Dómi-ne, vir-tus sa-lú-tis me-æ.

Ps. 37, 12-23



Amí-ci me-i, et pró-ximi me- - i * advérsum me appropinqua-vé-runt, et *ste-té-* - runt.

Et qui iuxta me erant, de longe *stetérunt*: * et vim faciébant qui quærébant *ánimam meam*.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt *vanitátes*: * et dolos tota die *meditabántur*.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: * et sicut mutus non apériens *os suum*.

Et factus sum sicut homo non *áudiens*: * et non habens in ore suo *redargutiónes*.

Quóniam in te Dómine *sperávi*: * tu exáudies me Dómine *Deus meus*.

Quia dixi: Nequándo *supergáudeant* mihi inimíci *mei*: * et dum commovéntur pedes mei, super me magna *locúti* sunt.

Quóniam ego in flagélla *parátus* sum: * et dolor meus in conspéctu meo *semper*.

Quóniam iniquitátem meam *annuntiábo*: * et cogitábo pro peccáto *meo*.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt *super me*: * et multiplicáti sunt qui odérunt me *iníque*.


Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant *mihi*: * quóniam sequébar *bonitátem*.

Ne derelínquas me Dómine *Deus meus*: * ne discésseris a me.


Inténde in adiutórium *meum*, * Dómine *Deus salutis meæ*.

Glória Patri et *Fílio*, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et *semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*

IV E

 T non de-línquam * in lingua me-a.

Ps. 38



Di-xi: Custódi-am *vi-as* me- - as: * ut non de-línquam *in lingua* me- - a.

Pósui ori meo *custódiam*, * cum consísteret peccátor *advérsus* me.

Obmútui, et humiliátus sum, et sílui *a bonis*: * et dolor meus *renovátus* est.

Concáluit cor *meum* *intra* me: * et in meditatióne mea *exardéscet* ignis.

Locútus sum in *lingua mea*: * Notum fac mihi, Dómine, *finem meum*.

Et númerum diérum meórum *quis* est: * ut sciam *quid desit mihi*.

Ecce mensurábiles posuísti *dies meos*: * et substántia mea tamquam *níhilum ante* te.

Verúmtamen *univérsa vánitas*, * *omnis homo vivens*.

Verúmtamen in imágine *pertránsit homo*: * sed et frustra *conturbátur*.

Thesaurízat: * et ignórat cui *congregábit ea*.

Et nunc quæ est exspectátio mea? *Nonne Dóminus?* * Et substántia mea *apud te* est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis *érue* me: * oppróbrium *insipiénti dedísti* me.

Obmútui, et non apéruí os meum, quóniam *tu fecísti*: * ámove a *me plagas tuas*.

A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpatiόνibus: * propter iniquitátem *corripuísti hóminem*.

Et tabéscere fecísti sicut aráneam *ánimam* eius: * verúmtamen vane *conturbátur omnis homo*.


Exáudi oratióem meam, Dómine, et deprecatióem meam: * áuribus pércipe *lágrimas meas*.

Ne síleas: quóniam ádvena ego sum apud te, et *peregrínus*, * sicut omnes *patres mei*.

Remítte mihi, ut refrígerer *priúsqvam ábeam*, * et *ámplius non* ero.

Glória Patri et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.


Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*

U  **T** non de-línquam * in lingua me-a.

The image shows a musical staff with a treble clef and a common time signature. The melody begins with a quarter note on G4, followed by quarter notes on A4, B4, and C5. There are red annotations above the staff: a slash above G, a slash above A, a dash above B, a 'p' above C, a 'p' above G, a checkmark above A, a 'p' above B, a slash above C, and a dash above the final G. The text 'Ut non derelinquam in lingua mea' is written below the staff, with a large red 'U' at the start and a red asterisk before 'in'.

Versus.

Cf. Ps. 38, 13




℣. De-us, ne sí-le-as a me, remítte mi-hi. ℞. Quóni-am ínco-la ego sum apud te, et per-egrínus.




Pa-ter noster. *secreto usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.




I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuvet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǎcu-la



sǎcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. **R̄.** Amen.

Lectio I.

2 Reg. 3, 6-10

De libro secúndo Regum.

Cum ergo esset praelium inter domum Saul et domum David, Abner filius Ner regébat domum Saul. Fúerat autem Sauli concubína nómine Respha, filia Aia. Dixítque Isboeth ad Abner: Quare ingressus es ad concubínam patris mei? Qui irátus nimis propter verba Isboeth ait: Numquid caput canis ego sum advérsus Iudam hódie, qui fécerim misericórdiam super domum Saul patris tui, et super fratres et próximos eius, et non trádidi te in manus David? Et tu requisísti in me quod argúeres pro muliere hódie? Hæc fáciat Deus Abner, et hæc addat ei, nisi, quómo-do iurávit Dóminus David, sic fáciam cum eo, ut transferátur regnum de domo Saul, et elevétur thronus David super Israël et super Iudam a Dan usque Bersabée.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 1.

R. II Paral. 6, 24.25; *Ps.* ibid.; H396

VIII


D

O-mi-ne, si convérsus fú-e- rit pó- pu-lus tu- us o-rá-ve-rit ad sanctu-á-ri-um tu- um.

tu exáu-di-es in cæ-lo, Dómi- ne † Et lí-be-ra e- os de máni-bus i-nimi- có- rum e- ó- rum. *Ps.*

Qui re-gis Israel, intén-de, qui dedú-cis ve-lut o- vem Io- seph. † Et.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ * det nobis gáudi-a vi-tæ. R̄. Amen.

Lectio II.

2 Reg. 3, 12-16

Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes: Cuius est terra? et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum et reducam ad te univsum Israël. Qui ait: Optime: ego faciam tecum amicitias, sed unam rem peto a te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saul; et sic venies, et videbis me. Misit autem David nuntios ad Isboeth filium Saul dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despóni mihi centum prapútiis Philistiim. Misit ergo Isboeth et tulit eam a viro suo Phátiel, filio Lais. Sequebatúrque eam vir suus, plorans usque Bahúrim. Et dixit ad eum Abner: Vade et revertere. Qui reversus est.


̄. Tu autem, Dómine, miserere nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 2.

R. 2 Reg. 2, 1.12; *V.* *ibid.*, 9-10; H397

I
F Actum est dum tól- le-ret Dó-mi-nus E-lí- am per túrbi-nem in cæ- lum, E- li-sæ- us
clamábat, di- cens: † Pa-ter mi, pa-ter mi, currus Is-ra-el et aurí- ga e- ius. *V.* O-ro, Dómi-ne,
ut fi-at spí-ri-tus tu-us duplex in me. At il-le: Si ví-de-ris quando tollar a te, e-rit quod pe- tí- sti. † Pa-ter.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. **℞.** Amen.

Lectio III.

2 Reg. 3, 17-21

Sermónem quoque íntulit Abner ad senióres Israëł, dicens: Tam heri quam nudiustértius quærebátis David, ut regnáret super vos. Nunc ergo fácite, quóniam Dóminus locútus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvábo pópulum meum Israëł de manu Philístiim, et ómnium inimicórum eius. Locútus est autem Abner étiam ad Bénéiamin. Et ábiit ut loquerétur ad David in Hebron ómnia quæ placúerant Israéli et unívsero Bénéiamin. Venítque ad David in Hebron cum vigínti viris, et fecit David Abner et viris eius, qui vénerant cum eo, convívium. Et dixit Abner ad David: Surgam ut cóngregem ad te, dóminum meum regem, omnem Israëł.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. 2 Reg. 7, 8.9.12.13; *V.* *ibid.*, 7, 9.1; H395

I 

E-go te tu- li de do- mo pa- tris tu- i, di- cit Dómi- nus, et pó- su- i te pá- sce- re gregem pó-



pu- li me- i. Et fu- i te- cum in ómni- bus u- bi- cúm- que ambu- lá- sti, † Firmans regnum tu- um in



æ- tér- num. *V.* Usque in æ- té- rnum præpa- rá- bo nomen tu- um, et ædi- fi- cábo in gene- ra- ti- ónem et gene- ra- ti- ó-




nem se- dem tu- am. † Firmans. *V.* Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. † Firmans.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.



O-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris afféc-
tum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant, consequámur.
Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,
per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℟. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,

et Spi-ri-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 50, 3; H95

IV E **D** E-le Dómi-ne * in-iqui-tá-tem me-am.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re *me-i* De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea *in me* **Deus**: * et spírítum rectum ínnova in *viscéribus* **meis**.

Ne proiicias me a *facie* **tua**: * et spírítum sanctum tuum ne *áuferas* a me.

Redde mihi lætítiam *salutáris* **tui**: * et spírítu *principáli* **confirma** me.

Docébo iníquos *vias* **tuas**: * et impii ad *te* **converténtur**.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus *salútis* **meæ**: * et exsultábit lingua mea *iustítiam* **tuam**.

Dómine lábia mea *apéries*: * et os meum *annuntiábit* **laudem** tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, *dedíssem* **útiq**ue: * *holocáustis* **non delectáberis**.


Sacrificium Deo spírítus *contribulátus*: * cor contrítum et humiliátum Deus *non despícies*.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte *tua* **Sion**: * ut ædificéntur *muri* **Ierúsalem**.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes et *holocáusta*: * tunc impónent super altáre *tuum* **vítulos**.


Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui* **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et *nunc et* **semper**, * et in *sæcula* **sæculórum**. Amen.

D 
E-le Dómi-ne * in-iqui-tá-tem me-am.


Psalmus 2.

Ps. 42, 5; H95

VI F 

S Alu-tá-re * vultus me- i, De-us me-us.

Psalmus 42.



Iúdi-ca me, De-us, et discérne causam me-am de gente *non sanc-* - ta, * ab hómi-ne in-íquo, et do-ló-so *é-ru-e* me.

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: † quare me *repulisti?* * et quare tristis incédo, dum affligit me *inimicus?*

Emítte lucem tuam et veritátem tuam: † ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, * et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: * ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: * quare tristis es, ánima mea? et quare *contúrbas* me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et *Deus meus.*

Glória Patri *et Fílio,* * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc *et semper,* * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Psalmus 3.

Ps. 56, 2; H95

VIII G²

Uóni-am * in te confí-dit ánima meç-a.

Psalmus 56.

Mi-se-ré-re me-i, De-us, mi-se-ré-re me- - i: * quóni-am in te confí-dit á-nima me- - a.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum: * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, et liberávit me: * dedit in oppróbrium *conculcántes* me.

Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam, † et erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: * dormívi *conturbátus*.

Fílii hóminum dentes eórum arma et sagíttæ: * et lingua eórum gládius *acútus*.

Exaltáre super cælos, Deus, * et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * et incurvavérunt *ánimam meam*.

Fodérunt ante fáciem meam *fóveam*: * et incidérunt *in eam*.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo, et *psalmum dicam*.

Exsúrge, glória mea, exsúrge, psaltérium et *cíthara*: * exsúrgam *dilúculo*.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine: * et psalmum dicam tibi *in géntibus*:

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, * et usque ad nubes *véritas tua*.

Exaltáre super cælos, Deus: * et super omnem terram glória tua.

Glória Patri et Fílio, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et *semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

E

C


 Unctis di-ébus * vi-tæ nostræ salvos, nos fac Dómi-ne.
Canticum Ezechiae, Is. 38, 10-20

Ego di-xi: In dimí-di-o di-é-rum me-ó- - rum, * vadam ad por- - tas ínfé-ri.

Quæsívi resíduum annórum meórum: * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem **ultra**, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísá est velut a texénte vita mea: † dum adhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam **finies** me.

Sperábam usque ad **mane**: * quasi leo, sic contrívit ómnia **ossa mea**.

De mane usque ad vésperam **finies me**: † sicut pullus hirúndinis, sic clamábo, * meditábor **ut colúmba**.

Attenuáti sunt óculi **mei**, * suspiciéntes **in excélsu**m.

Dómine, vim pátiar, respónde **pro** me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum **ipse fécerit**?

Recogitábo tibi omnes annos **meos**, * in amaritú-dine **ánimæ meæ**.

Dómine, si sic vívitur et in tálibus vita spíritus **mei**, † corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea **amaríssima**.

Tu autem eruísti **ánimam meam** ut non períret: * proiecísti post tergum tuum ómnia peccáta **mea**.

Quia non inférnus confitébitur **tibi**, † neque mors laudábit te: * non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem **tuam**.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego **hódie**; * pater filiis notam fáciét veritátem **tuam**.

Dómine, salvum **me** fac: * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in **domo Dómini**.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

V g




-mnes Ange-li e-ius * laudá-te Dóminum de cæ-lis.

Psalmus 148.


Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracones et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora: * serpéntes et volúcris pennátæ.


Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdicés terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a **sancto-** - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in **rege suo**.

Laudent nomen eius in **choro**: * in týmpano et psaltério **psallant ei**.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**: * et exaltábit mansuétos **in salútem**.

Exsultábunt sancti in **glória**: * lætabúntur in **cubílibus suis**.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in **mánibus eórum**:

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus: * increpatió nes in **pópulis**.

Ad alligá ndos reges eórum in **compédibus**: * et nóbiles eórum in **mánicis férreis**.

Ut fá ciant in eis iudícium **conscríptum**: * glória hęc est ómnibus **sanctis eius**.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú- - tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multítudinem magnitúdinis eius.


Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.



-mnes Ange-li e-ius * laudá-te Dóminum de cæ-lis.

Capitulum.

Rom. 13, 12-13




NOX præcëssit, di-es autem appropinquá-vit. † Abii-ci-ámus ergo ópe-ra tenebrá-rum, et indu-ámur arma lu-cis. *

Sic-ut in di-e honéste ambu-lémus. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5



Sana ánimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana. ℣. Ego di-xi: Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. * Qui-a.

Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sana.

Hymnus


Prudentius († 413)

IV


A




-les di-é-i núnti-us Lu-cem propínquam præ-ci-nit: Nos exci-tá-tor ménti-um Iam Christus ad vi-tam vo-cat.



Auférte, clamat, léctu-los, Ægro sopó-re dé-si-des: Castíque recte ac sóbri-i Vigilá-te iam sum pró-ximus.



Ie-sum ci-ámus vó-cibus, Flentes, pre-cántes, sóbri-i: Inténta suppli-cá-ti-o Dormí-re cor mundum ve-tat.




Tu, Christe, somnum díscu-te: Tu rumpe noctis víncu-la: Tu solve peccá-tum ve-tus, Novúmque lumen ínge-re.



De-o Patri sit gló-ri-a, E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc, et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Ps. 89, 14




℣. Replé-ti sumus mane mi-se-ri-córdi-a tu-a. ℞. Exsultá-vimus, et de-lectá-ti sumus.

Canticum Zachariæ.

Lc. 1, 69; H422


VII a

E



-ré-xit nobis Dóminus * cornu sa-lú-tis in do-mo Da-vid pú- e-ri su-i.

Lc. 1, 68-79



Be-ne-díctus Dóminus De- - us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple- - bis su- - æ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:


Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.




Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O


-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris

afféctum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant,

consequámur. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

IV
B

Ene-di-cámus Dómino. ℞. De-o grá-ti-as.

Ad Vesperas.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 129, 1.2; H96

VIII a
D E pro-fúndis * clamá-vi ad te Dómi-ne. *Psalmus 129.*

De pro-fúndis clamá-vi ad te **Dómi-ne**: * **Dómi-ne** exáudi *vo-cem* me- - am.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecationis **meæ**.

Si iniquitates observáveris **Dómine**, * **Dómine** quis *sustinébit*?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustinui *te* **Dómine**.

Sustinuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea *in* **Dómino**.

A custódia matutína usque ad **noctem**, * speret *Israel in* **Dómino**.

Quia apud **Dóminum** misericórdia: * et copiósa apud *eum* **redemptio**.

Et ipse rédimet **Israel** * ex ómnibus *iniquitatibus* eius.


Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui* **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sǎcula *sǎculórum*. Amen. *A.*


Psalmus 2.

Ps. 130, 3; H96

E
S Pe-ret * Isra-el in Dómino.



Psalmus 130.



Dómi-ne non est exaltá-tum cor **me-** - um: * neque e-lá-ti sunt ócu-li **me-** - i.

Neque ambulávi in **magnis**: * neque in mirabílibus **super** me.


Si non humíliter sentiébam: * sed exaltávi ánimam **meam**:

Sicut ablactátus est super matre **sua**, * ita retribútio in **ánima mea**.

Speret Israel in **Dómino**, * ex hoc nunc et **usque** in **sæculum**.


Glória Patri et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.



E T omnis * mansu-e-tú-di-nis e-ius.

Psalmus 131.



Meménto, Dómi-ne, Da- - vid, * et omnis mansu-e-túdi-nis e- - ius:

Sicut iurávit Dómino, * votum vovit Deo Iacob:

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitatiónem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Iacob.

Ecce, audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum eius: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes eius.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam: * et sancti tui exsúltent.

Propter David, servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Iurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos:

Et filii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam eius benedícens benedícam: * páuperes eius saturábo pánibus.

I a



E Ecce quam bo-num * et quam iucúndum ha-bi-tá-re fratres in unum

Psalmus 132.

Ecce quam bonum et **quam** iucún- - dum, * ha-bi-tá-re fratres in u- - num:

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, *barbam* Aaron,

Quod descéndit in oram vestiménti eius: * sicut ros Hermon, qui descéndit in *montem* Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * et vitam usque in *sæculum*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

Capitulum.

2 Cor. 1, 3-4

B

Ene-díctus De-us, et Pa-ter Dómi-ni nostri Ie-su Christi, † Pa-ter mi-se-ri-cordi-á-rum, et De-us to-tí-us

conso-la-ti-ónis, * qui conso-lá-tur nos in omni tribu-la-ti-óne nostra. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 33, 2

VI

B

Ene-dí-cam Dóminum * In omni témpo-re. Bene-dí-cam. ℣. Semper laus e-ius in o-re me-o. * In. ℣.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Bene-dí-cam.


Hymnus

Gregorius Magnus († 604)

I
T Ellú-ris ingens Cón-di-tor, Mundi so-lum qui é-ru-ens, Pulsis aquæ mo-lésti-is, Terram de-dísti i mmóbi-lem:
 Ut germen aptum pró-fe-rens, Fulvis de-có-ra fló-ribus, Fecúnda fructu síste-ret, Pastúmque gra-tum rédde-ret.
 Mentis per-ústæ vúlne-ra Munda vi-ró-re grá-ti-æ: Ut facta fle-tu dí-lu-at, Mo-túsque pra-vos átte-rat.
 Iussis tu-is obtémpe-ret: Nullis ma-lis apró-ximet: Bonis replé-ri gáude-at, Et mortis actum nésci-at.
 Præsta, Pa-ter pi-íssime, Patrique compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to Regnans per omne sácu-lum. A-men.

Versus.

Ps. 140, 2



V̄. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a. R̄. Sic-ut incénsum in conspéctu tu-o.

Canticum B. Mariæ V.


Cf. Lc. 1, 47; H424

V a

E

Xsúltet spí-ri-tus me-us in Dómino De-o sa-lu-tá-ri me-o.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá- ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.


A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,


si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris

afféctum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant,

consequámur. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:

Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. *R.* Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

I
B

Ene-di-cámus Dómino. *R.* De- o grá-ti-as.